

Ecclesiam debitor non interpellatus poenam incurrat, de qua disputat D. Covar. & ad eam consule Guzman. *d. quest. 5. à num. 26.* Escobar. *de ratiocin. cap. 15. à num. 33.* Trentacinq. ubi proximè, Fachin. *d. cap. 33.* qui cum pluribus asserunt, Ecclesiam uti jure minoris, & probat expressim lex finalis, *tit. ult. p. 6.* ubi idem de Fisco deciditur, ac tradit Escobar ubi proximè, Alfar. *sup. gloss. 9. num. 10. & gloss. 20. num. 31.* Hermosilla in l. 32. *gloss. 3. num. 89. tit. 5. p. 5.*

**Verf. Multò minus prejudicat.**

<sup>24</sup> Pro interpretatione plenissima capituli Potuit, de locat. adire potes Barbof. in *collectan. ibi*, & plures quos congerit.

**Ibi: Cum alioqui ubicumque est dies.**

<sup>25</sup> Vtrum quoties dies & poena est apposta, Sit locus moræ purgationi? discuteit Pichard. *disp. de mora, ex num. 69.*

**Verf. Ultimò parum urget.**

Refutatis quæ ob stare videbantur, resoluit D. Covar. pro Ecclesia: quod præmissum est *sup. num. 21.*

**Ad Num. 5.**

<sup>26</sup> Quintus adjicitur casus, ubi non denunciati actione evictionis experiri licet, cum venditor jurejurando promittit litem tueri, si qua super re empta moveatur, modò judicii undecunque notitiam obtineat, ut post Covar. sustinent Molin. *dict. disp. 380. num. 13. verf. Quando emptor*, Trentacinq. *d. tit. 4. resol. 3. n. 8.* Seraphin. *de privileg. juram. privil. 49. num. 2.* Fachin. *sup. lib. 2. cap. 36. à princip.* Barbofa *collect. cap. ult. num. 13. de emption.* Guttier. *de jurament. confirmat. cap. 61. num. 19.* Gratian. *disceptat. cap. 175. num. 30.* Cevall. *comm. cont. comm. quest. 385. num. 3.* & alii, quorum potissima ratio, quia juramentum vim interpellationis habet. Dissentiunt non pauci, in quibus disputantes Caballin. *de evictione*, §. 3. Guzman. *cod. tract. quest. 4.* Gald. Pereyra *de emption. cap. 31. num. 70.* qui referunt sequaces.

**Ibi: Alioqui si venditor simpliciter.**

<sup>27</sup> Venditor qui juramento firmavit contractam, de evictione non tenebitur, quamvis controversiam de re vendita alitunde cognoverit, si denunciare neglexerit emptor. Molin. *sup.* Guttier. *ubi proximè*, Trentacinq. cum aliis *d. num. 8. verf. Secundus casus*, Fachin. *d. cap. 36. verf. Didacus Covar.* qui & Guttier. observant, quod si in venditionis instrumento venditor exprimat, ac promittat, se causam tuiturum, ac deinceps jurejurando ad contractus, & omnium quæ scripturâ continentur, observationem se astringat, absque denunciaione poterit conveniri.

**Ad Num. 6.**

<sup>28</sup> Sextus casus accedit, quoties enim emptor probaverit justè rem evictam, nullumque jus suo auctori in illa competere, evictionis actione uti

permittitur, etiamsi litem non denunciaverit. Molin. *de just. & jur. disp. 380. num. 13.* Gregor. Lop. in l. 32. *gloss. 4. tit. 5. p. 5.* Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 39. col. 5.* Ant. Fab. in *Cod. lib. 8. tit. de eviction. definit. 25. n. 12.* Surd. *de aliment. tit. 9. quest. 42. num. 28.* Fachin. *d. lib. 2. cap. 37. verf. Ego priorem*, Petr. Barbofa in l. *Venditor*, n. 29. *de judic.* Fontanella *de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 14. num. 75.* Guzman. *d. quest. 4. à num. 77.* Cevall. *sup. n. 2.* Trentacinq. *d. resol. 4. num. 9.* Caballin. *sup. §. 3. ex n. 73.* Morla. *Empor. Jur. tit. 9. in princ. n. 40.*

De his quæ D. Covar. prosequitur, consulas mox laudatos, præsertim Caballinum, Guzman, Petr. Barbofam, Fontanellam, & alios, quos congeffit Hermosilla in l. 32. *gloss. 4. à num. 77. tit. 5. part. 5.*

**Ad Num. 7.**

Si venditor se obliget ad evictionem, quomodocunque res sit evicta, opponere nequit denunciationis defectum, ne damnetur, si aliàs litis moræ scientia non caruerit. Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de emptione, resol. 4. num. 13.* Guzman. *de eviction. quest. 5. num. 98.* Hermosill. *d. gloss. 4. num. 94.* Cald. Pereyra *de emption. cap. 31. n. 72.* Tusch. *lit. E, concl. 353. n. 59.* Molin. *d. disp. 380. n. 17.*

**Ibi: Tametsi alioqui re evicta per sententiam.**

Quoties per arbitros, compromittente emptore, res evincitur, actio evictionis in venditorem denegatur. Molin. *num. 21.* Greg. Lop. in l. 36. *gloss. 3. tit. 5. p. 5.* Surd. *decis. 22. n. 1.* Ant. Gom. *sup. num. 40.* Barbofa *collect. d. cap. fin. num. 19.* Guzman. *sup. quest. 41. n. 1.* Caballin. *cod. tract. §. 5. num. 15.* Morla. *Empor. Jur. tit. 9. in princip. n. 40. verf. Secundus casus.* Conclusio ampliatur si venditor in judicem incompetentem prorogata jurisdictione consentiat, quia non ager de evictione Greg. Lop. & Ant. Gom. *ubi proximè*, Guzman. *n. 15.* Hermosill. *cum aliis in d. l. 36. Part. gloss. 3. num. 5.* Sed si emptor non sponte compromiserit, ac ex forma statuti, aut præcepto judicis arbitrorum judicio se subiciat, evictionis actione juvabitur. Gregor. Lop. *d. gloss. 3.* Barbofa *d. n. 19.* Ant. Gom. *sup. Caballin. num. 17 & 18.* Guzman. *num. 5. & 7.* Gratian. *disceptat. cap. 227. num. 4. & 5.* Petr. Greg. *Syntagm. lib. 25. cap. 22. n. 10.* Idem juris erit, si venditor requisitus renuerit instrumenta quæ habet, ad instruendum arbitros exhibere. Gregor. Lop. *ubi sup.* & illi bonum jus non fecit Guzman. *num. 8.* Hermosilla *d. gloss. 3. n. 12.* Caballin. *num. 19.*

Præcedens resolutio etiam limitatur, si venditor de evictione promiserit, quomodocunque res sit evicta; tunc enim tametsi arbitrorum sententia damnetur emptor, in venditorem tamen actione gaudebit, adhuc denunciaione prætermissa, modò ad venditoris notitiam undecunque compromissum devenerit: quod noster Præses solum admittit si eligantur arbitri, ut de jure causam definiant, non ut amicabile compositores pro arbitrio decernant, quo casu ad pretium solum actionem concedit. Consule Greg. Lop. in *dict. gloss. 3.* Guzman. *num. 9.* Molin. *dict. disp. 380. num. 21.* Gratian. *n. 7.* Caballin. *sup. §. 3. n. 168.* & alios, quos dat Hermosill. *num. 15.* & adde Trentacinq.

Trentacinq. cum aliis laudatis *sup. num. 29.*

**Ibi. Hinc inferitur etiam adjecta.**

Hoc prænotavimus numero proximo. Vide Molinam *ibi*, Guzman. *quest. 5. in fin.* Trentacinq. *sup. num. 13.* Gratian. *n. 43. & 44.* Sesse *decis. 14. num. 6.*

**Ibi: Item deducitur, venditorem eisdem.**

<sup>32</sup> Licet venditor se subiciat evictioni qualitercunque contingente, conveniri nequit, si prorsus litem super re vendita tractari ignoravit, aut saltem ad pretium duntaxat damnabitur. Accedit Molina *d. disp. 380. num. 21.* Vide & alios proximè laudatos. Ego minimè à præfata duplici resolutione recederem, maxime ubi utrumque concurreret, tum ignorantia omnimoda venditoris, tum compromissio in arbitros; non enim ex clausula ampliante obligationem pro evictione præsumendum est, quod inverosimile videtur, nempe voluisse venditorem sibi defensionis facultatem adimere, cum res evinceretur, causâ legitimè non excusâ per arbitros, aut non exhibitis in judicio etiam probationibus, quas ipse si litem sciret, producere posset. Facit lex *Cum de indebito 25. de probat.* & quæ ibi communiter notantur ad rem conducunt. Adde Barbof. *axiom. 112.*

**Ad Num. 8.**

<sup>33</sup> Oportet prænoscere, quod venditor accedens ad judicium cum emptore jam ceptum, litem suscipit eo statu, quo existit, nec causa inchoari, aut retrocedere potest, quod ex aliis adnotavi *Prædicar. cap. 13. num. 4.* ideo ut denunciatio proficit, opus est quod fiat tempore habili, quo juxta juris ordinem liceat venditori suis defensionibus uti; alioquin emptori quasi non denunciati auxilium evictionis non præstabitur. Sed qua in parte judicii denunciatio intervenire debeat, jure communi præsumitur non est; *l. Si rem, §. fin. de evictione.* Sic variæ reperiuntur sententiæ, quas D. Covar. hic refert. Illud sanè apud omnes convenit, quod emptor denunciare tenetur, cum integrum sit venditori plenè, ac legitimè causam tueri, si in prima, live in secunda instantia denunciatur. Greg. Lop. in l. 32. *gloss. 3. tit. 5. p. 5.* ubi Hermosilla plures cumulat. Molin. *sup. n. 9.* Ant. Gom. *d. cap. 2. num. 39. col. 3. verf. Dubium tamen est*, Guzman. *sup. quest. 12. per tot.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 30. n. 14.* Aug. Barbofa *collect. cap. fin. num. 7. de emption.* Caballin. *de evictione*, §. 3. *num. 144.* Pereyra *de emption. cap. 31. n. 50.* Maranta *de ordin. judic. part. 6. memb. 5. de laudation. num. 5.* Morla. *Empor. Jur. tit. 9. in princ. num. 39.* Petr. Barbofa in l. *Venditor*, *num. 86. de judic. Tusch. d. concl. 353. num. 10.*

<sup>34</sup> In causis verò ubi de lucro captando agitur, donatarius, & similis antequam litem contestetur, de illa præmonere astringitur suum auctorem. *l. Qui concubinam 29. §. Si hæres, de legat. 3. ubi Bartol. num. 4.* Glossa *verb. Perficitur*, in d. l. *Si rem quam*, §. *fin. de evictione.* Tusch. *sup. num. 14.* Guzman. *num. 12.* Caballin. *§. 4. num. 38.* Hermosill. in d. l. 32. *gloss. 3. n. 73.* Maranta *ubi proximè.*

<sup>35</sup> Jure nostro regio denuncianda lis est ante publicationem attestations, *l. 32. l. 36. tit. 5. p. 5.* ut fert magis communis opinio, neque enim apud nos,

facta publicatione, testes admittuntur, *l. 5. tit. 6. lib. 4. Recop.* Similiter in gradu appellationis frustra denunciabitur, si in prima instantia litigantes ad probationem admitti sunt; nam super eisdem articulis testes producere prohibetur, *l. 4. tit. 9. lib. 4. Recopilat.*

**Ad Num. 9.**

Emptor ob propriam contumaciam ad rei restitutionem damnatus, actione evictionis carebit; non tamen hoc procedit cum, causâ per eam exactè defensâ, sub tempus sententiæ abest, quia non ex contumacia, sed ex meritis causæ pronunciat: quod post D. Covar. declarat Gregor. Lop. in l. 36. *gloss. 6. tit. 5. p. 5.* qua constitutione contrarium decusum videtur. Accedunt Guzman. *quest. 39. num. 19.* Caballin. *§. 5. num. 5.* Hermosill. in d. *gloss. 6. num. 7.* qui enim toti causæ assistit, quanquam recedat cum sententia fertur, non præsumitur ob contumaciam condemnari. Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præf. 70. num. 18.* & indistinctè quod emptor propter contumaciam damnatus non audiatur agens de evictione, observant Surd. *decis. 22. num. 1.* Didac. Perez in l. 1. *verf. Item etiam venditor non tenetur*, *tit. 7. lib. 5. Ordinar. Ant. Barbofa collect. d. cap. fin. num. 14.* Guttier. *de juram. confirmat. cap. 61. num. 13.* Bellacomba *comm. opinion. lib. 8. tit. 38. num. 60.* Capic. *decis. 106. num. 4.* Morla *sup. d. tit. 9. in princ. num. 40. verf. Septimus & ultimus*, Tusch. *lit. E, concl. 367. num. 1.*

**Ibi: Tenetur quidem emptor condemnatus.**

Ut emptori superato competat actio evictionis, tenetur appellationem interponere, nisi venditor adit cum sententia profertur. Greg. Lop. in l. 36. *gloss. 8. tit. 5. p. 5.* Molin. *disp. 380. num. 19.* Ant. Gom. *d. cap. 2. num. 39. col. 8. verf. Secundus est quando*, Morla *d. num. 40.* Tusch. *n. 23.* Cancr. *variar. part. 1. cap. 13. num. 68.* Guzman. *sup. q. 12. num. 16.* Pinel. in l. 1. *num. 50. limit. 3. C. de bon. matern.* Fachin. *controvers. lib. 2. cap. 40. verf. Sed & an emptor victus, cum seqq.* Pereyra *sup. n. 26.* Petr. Barbofa *num. 56.*

Questionis est tamen, an semper, vel quando emptor appellare teneatur. In qua Fachineus nonnullas tradit conclusiones, & nos aliquos casus distinguemus. Primus, cum constat de bono jure venditoris, & tunc appellationem necessariam fore emptori omnes fatentur, ut Gregor. Lop. Molin. Ant. Gom. & Fachin. qui rectè observat, hujusmodi appellationem non prodesse, ut emptor agere valeat de evictione, quæ non datur quoties per iniquitatem, aut imperitiam judex injustè decernit, ut statim ostendetur, nisi venditor se obligaret ad evictionem injustâ sententiâ contingentem Guttier. *sup. num. 17.* Secundus, si notorie appareat de evincens justitia, quo casu communiter resolvitur, absque controversia emptorem de evictione acturum, etsi à sententia non appellaverit, ut tenent expressim pronuper laudati.

Tertius est, ubi dubium jus litigantium agnoscitur, aut propter probationum paritatem, aut propter Interpretum discrepantes opiniones: & tunc non teneri ad appellandum emptorem, sentiunt Fachin. *verf. Quarta conclusio*, Capic. *decis. 106. n. 4.* Scaccia *de appellat. q. 5. n. 14.* Greg. Lop. *d. gloss. 8.*

*gloss. 8. Ant. Gom. n. 39. vers. Si verò emptor, & alii.* Sed contrarium merito docuit hic D. Covar. cujus sententia subscribitur Molin. *sup. Caballin. §. 5. n. 41. Tusch. sup. n. 24. Marta vol. 65. n. 7. Pereyra de emptio. cap. 31. num. 28.* Ratio prioris opinionis videtur inepta, nam etsi pro sententia præsumatur justificatione, non ideo tamen appellationis remedio utendum non est, cum possit sententia justè revocari; & cum extet probabilis revocationis spes, debet venditor provocare. Vltimus casus sit, quando ex actis sententia apparet justa: & ferè omnes emptorem eximunt ab appellandi obligatione. Gregor. Lop. *ubi proximè*, Hermosill. cum aliis *in d. gloss. 8. num. 3.* Ast noster Præses his non acquiescit, opinatus adhuc appellationis onus incumbere emptori, quia forsitan in secunda instantia ex novis documentis, atque allegationibus de bono jure venditoris constabit, quod judicem inferiorem latuit, atque ita rectè sententia retractabitur. Consentit Molin. *ubi sup. Pereyra num. 27. & 28. Tusch. d. num. 24.* qui duo probant, quod emptor semper debet appellare: ac Pereyra optimam reddidit rationem, quia emptor falli potest, existimans sententiam justam: quod non proprio judicio definire debet, sed superioris judicis decisioni committere per appellationem. Mihi videtur hic casus sic distinguendus à secundo; quando enim notoriè constat de bona causa actoris, ita ut nulla super sit spes justæ revocationis, cessat appellandi necessitas, ut prædixi suprâ ubi autem, etsi sententia ex actis justa deprehendatur, non est adeo patens justitia evincens, & ideo super sit probabilis spes revocationis, si denud exhibeantur instrumenta, aut aliter causa instruat in secunda instantia pro emptore, tunc hic tenebitur provocare, ut D. Covar. videtur.

Ibi: Quod si iudex sententiam.

<sup>40</sup> Ubi emptor adest sententiæ prolationi, ac venditor, ille ad appellandum non astringitur, ut animadvertunt omnes nuper adducti DD. Excipitur casus, cum iudex iniquam sententiam tulit; nam venditor appellare debet, adhuc præsentente emptore. Greg. Lop. *d. gloss. 8. Fachin. d. cap. 40. vers. Secunda conclusio*, Ant. Gom. *num. 39. col. penult. vers.* Item adde quod isto casu, Caballin. §. 3. *num. 145.* Hermosill. *sup. num. 2.* Ratio in promptu est, quia venditori sententia non nocet, sed emptori cujus interest ne transeat in rem judicatam, secundum prænotata n. 38.

<sup>41</sup> Emptor appellationem, quam interposuit, prosequi tenetur, ut præter D. Covar. hic asserunt Fachin. *d. cap. 40. in fin. Greg. Lop. ubi proximè*, Caballin. *num. 10.* Scaccia *d. quest. 5. num. 15. in fin. Molin. d. disp. 380. n. 19. Mascard. de probat. concl. 614. num. 5. & 6. Tusch. sup. concl. 357. num. 23.* & alii: quod procedit etiam quando non erat astrictus ad appellandum, ut Gregor. Lop. & alii extendunt. Vide tamen Ant. Gom. dissentientem *d. num. 39. vers. si verò emptor*, ac Hermosill. *d. gloss. 8. num. 6. & 7.*

Ad Num. 10.

<sup>42</sup> Si evictio contingat propter inficiam, iniquitatem, aut errorem judicis, qui injustam sententiam pronunciavit, venditor de evictione conveniri non potest, *l. 36. in fin. tit. 5. p. 5. ubi Greg. Lop. gloss. 12. Molin. sup. num. 20. Ant. Gom.*

*d. num. 39. in fin. Aug. Barbosa collect. cap. ult. num. 17. de empt. & vendit. Guzman. de evictionib. quest. 40. num. 1. Morla Empor. Jur. tit. 9. de emptio. in princ. num. 40. vers. Sextus casus*, Caballin. *de evictio. §. 5. ex num. 6. Pereyra dicit. cap. 31. n. 27. Guttier. de juram. confirmat. cap. 61. num. 10. & 17. Menoch. cons. 361. ex num. 1. & nihil refert, an sententia in venditorem, vel contra emptorem pronuncietur, ut docet D. Covar. nam res judicata transit à persona venditoris, qui causam tuendam suscepit, in personam emptoris, ut noceat isti. Ant. Fab. *in ration. l. 2. §. Solet, de heredit. vel act. vend. Hermos. d. l. 36. gloss. 12. num. 2.**

De præmissa conclusione differit. Guzman. *d. 45. quest. 40. per totam*, illamque notabiliter limitat *num. 17. ex Romano singul. 761. cum Fifeus, aut Respublica vendidit*; nam re per iniquam sententiam evicta, emptori pro evictione competit actio, cum illis sit imputandum, quod pravos, ac non idoneos Magistratus justitiæ administrandæ præposuerit. Illud etiam cum Guzman. *num. 27.* addere placet, quod cessat evictionis subsidium, si sententia per judicem incompetentem sit lata. Idem docet Castill. *controversar. lib. 4. cap. 42. num. 109. ubi alii.*

Ibi: Cecundò hinc deducitur.

Cum sententia ex actis justa fuerit, ut D. Covar. <sup>44</sup> animadvertit, hujusmodi illatio impertinens est, quia secundum communes juris regulas venditor de evictione tenetur, etiam si non subtraxerit instrumenta, & probationes, quibus causa defendi posset: ex hac verò causa conveniri debet pro evictione, ad quam aliàs non erat astrictus, sicut prænotatur *sup. num. 30.*

Ibi: Qua ratione aptius.

Si iudex in odium venditoris iniquè decernat <sup>45</sup> in causa evictionis, distinguitur ita: Si inlicitè præcesserit ante contractam venditionem, emptori actio evictionis conceditur: Si postea ortæ sunt, denegatur. Guzman. *n. 18. & 19. Caroc. de remed. advers. præjudic. sentent. except. 70. n. 71. Hermos. in l. 36. gloss. 12. in fin. tit. 5. part. 5. & odium non præsumitur præcessisse*, Guzman. *num. 20.*

Ibi: Tertio apparet venditorem.

Per injuriam judicis re evicta, emptori actio <sup>46</sup> non competit in venditorem, quanquam ex fide ac sedulo ille causam defenderit, nihilque culpæ aut desidiæ in ipso reperiat; sed quia casus fortuitus censetur, domino rei, non alii nocet Gregor. Lop. *in d. l. 36. Partit. gloss. 12. Guzman num. 3.*

Ibi: Alia quidem circa interpretationem.

De evictione subungi possent plurima, cujus tractatus latissime patet; sed quæ hic desiderantur, abundè ministrant Gasp. Caballin. Ildefons. Guzman, *in speciali evictionis tract.* Molin. *de just. & jur. disput. 380. Greg. Lop. d. l. 32. ad 36. tit. 5. p. 5. ubi Hermosilla in addition.* Latissime Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. ex n. 39. Trentac. variar. lib. 3. tit. de emptio. resol. 4. Fachin. controversar.*

*trovesar. lib. 2. cap. 35. cum seqq. Petr. Gregor. Symagmag. lib. 25. cap. 22. & de evictione in locationis contractu fusè Caroc. de locat. part. 4. rubric. de evictionib. Mangil. tract. de evictio.*

SUMMARIUM.

- 1 Creditor habens rem specialiter, & omnia bona debitoris obligata, nisi præmissa in speciali hypotheca excussione, nequit generali uti in præjudicium aliorum creditorum.
- 2 Pignus specialiter obligatum præsumitur sufficere pro totius crediti satisfactione, dum non probatur contrarium.
- 3 Constitutio Imperialis l. 2. C. de pignor. procedit à quocumque specialis hypotheca possideatur.
- 4 Prodest eadem lex posteriori creditori, etsi solum generali hypotheca muniatur.
- 5 Ad observationem præfata constitutionis nihil refert, an præcesserit generalis, vel specialis hypotheca primi creditoris.
- 6 Exceptione excussionis ex dicta lege 2. solum utitur posterior hypothecarius creditor, non alius rei debitoris possessor, licet alia exceptione se tueri possit.
- 7 Eadem lege non juvatur debitor, vel hæres illius, si ad res generaliter obligatas egerit creditor.
- 8 Creditor potest agere in solidum contra quemlibet ex heredibus debitoris, qui aliquam rem obligatam possederit.
- 9 Si ex duobus creditoribus cum generali hypotheca prior plura bona habeat obligata, quam posterior, hic nequit opponere illi, quod prius excussit bona sibi soli obligata, quam ad cetera perveniat, juxta dictam legem 2.
- 10 Deciditur casus de majoratus possessore, qui priori creditori etiam bona vinculo astricta ex facultate regia obligavit, & posteriori libera solum.
- 11 Imperialis constitutio locum obtinet etiam si prior creditor ex causa dotis egerit.
- 12 Ampliatur.
- 13 Decisio dicta legis 2. observabitur, etsi prior creditor in re habeat solum hypothecam specialem sine generali.
- 14 An ex clausula consueta, quod generalis hypotheca non deroget speciali, cesset dispositio dicta legis 2.
- 15 Quomodo procedatur ad substationem rei avocata à tertio possessore.
- 16 Creditor non compellitur partem crediti sui recipere, nisi favore libertatis.
- 17 Creditor quod jus habeat ad distrabendum pignus, non solum quod ei debetur.
- 18 Possessor etiam male fidei habet jus offerendi, quod debetur creditori agenti hypothecaria.

CAPUT XVIII.

<sup>1</sup> Creditor habens rem specialiter obligatam, & generaliter omnia debitoris bona, nequit agere in præjudicium alterius posterioris hypothecarii ex generali hypotheca ad reliqua bona, nisi prius facta excussione constiterit ex speciali pignore consequi non posse quod sibi debetur. Greg. Lop. *in l. 70. gloss. 9. tit. 18. p. 3. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 21. n. 6. Pichard. in §. Aliquando, num. 9. Inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt. Guttier. cons. 50. n. 1. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 7. n. 21. Gait. de credit. cap. 4. n. 1544. Salgad. Labyrinth. D. de Farja Novæ Addit. ad Covar.*

*creditor. part. 1. cap. 16. n. 24. vers. Ex quo principio*, Pacific. *de Salvian. interd. inspect. 3. cap. 3. n. 69. Cyriac. controversar. 128. n. 33. Surd. decis. 44. num. 1. Mantie. de tacit. convent. lib. 11. tit. 22. num. 28. Caroc. de excussio. part. 2. q. 64. Cujac. ad l. 2. C. de pignorib. Castill. cum plurimis controversar. lib. 4. cap. 26. à n. 21. quæ sanè Imperialis Constitutio non solum ab æquitate procedit, juris rigore compresso, sed etiam quoniam ubi quis specialiter rem, & generaliter omnia bona pignori subjiciebat, ea inferebatur clausula, ut ita demum univerfa bona creditori forent obnoxia, si speciale pignus non sufficeret pro debiti satisfactione: quæ conventio quanvis omitatur, quia solita apponi, pro expressa haberi debet, *l. Quod si nolit 31. §. Quia assidua, de adilit. edit. Observat Cujac. sup. Castill. n. 23.**

Ad Num. 1.

Res specialiter obligata præsumitur tanti valore, quantum pecuniæ debetur in specie legis 2. C. de pignor. ideo priori creditori agenti ex generali obligatione incumbit probare, quod non sufficit. Castill. *n. 28. Cachetan. decis. 152. Guttier. n. 3. Negufant. de pignor. part. 5. memb. 2. n. 51. Roland. à Valle cons. 36. n. 2. lib. 4. Trentacinq. sup. num. 13. Surd. num. 16. Molin. de just. & jur. disp. 536. n. 35.* Præterea si, ut sentit Cujacius, bona omnia intelliguntur obligata sub conditione tacita, si res specialiter obligata non sufficiat, ideo dum hæc non verificatur, creditor prior nequit uti generali hypotheca.

Ad Num. 2.

Quoad decisionem dictæ legis 2. nihil refert si an priori, vel posteriori creditori pignus sit traditum: nec inspicitur quis eorum, si tertius possideat; nam quomodolibet præfata constitutionis inter creditores servabitur æquitas, etsi bona generaliter hypothecata à quocumque possideantur. Merlin. *sup. n. 11. Negufant. d. num. 51. vers. Item d. l. 2. Caroc. sup. Guttier. n. 11. & 12. Trentacinq. n. 4. Pat. Molin. d. n. 35.*

Vers. Tertio eadem constitutio.

Eadem constitutione juvabitur posterior creditor hypotheca speciali, vel generali munitus. Molin. *d. cap. 7. n. 21. Castill. n. 26. Trentacinq. n. 3. Ozafsch. decis. 158. n. 6. Guttier. n. 10. Roland. à Valle n. 5. Surd. num. 3. Pat. Molin. sup. Merlin. n. 11. Mynsing. observat. 94. n. 3. cent. 6. & sic tenendum, etsi nonnullis aliud placeat, videlicet dictam legem 2. non procedere, nisi secundus creditor speciali hypothecæ nitatur, quos refert Trentacinq. illisque assentiri videtur Gregor Lop. *in d. l. 70. gloss. 9.**

Vers. Quarto adnotandum erit.

Quanquam generalis hypotheca præcedat, & specialis subsequatur, anterior tamen creditor præfata constitutionem tenebitur observare, neque aliquid interest, qualis obligatio prius contraheretur. Pat. Molin. *d. disp. 536. n. 35. Castill. ubi proximè Trentacinq. n. 2. Ozafsch. loc. cit. Surd. n. 2. Merlin. n. 12. Mynsinger. n. 7. Molin. d. n. 21. Guttier. n. 7. vers. Non, inquam, Neguf. d. memb. 2. n. 51. vers. Et pro ampliatione.* Quicquid contra sustineat post alios Cujac. *ad d. l. 2. C. de pignor.*